



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. VII. Abusus Verborum, rerum & usus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

necessitate non requiruntur, si in epte interveniant non vitiatur actum, Jaf. *in l. vinum. n. 33. Si cert. & per l. 1. pr. C. de rei ux. act. W. f. & de Accus. n. 12. fin.* sed vitiatur *l. 77. & ibi Cognol. de R. l.*

Unde si offeratur libellus minus legitimus in causa, in qua non requiritur libellus, non vitiatur, Jaf. *in l. vinum. n. 33. vers. primo habes, col. penult. ff. si certum petatur. Roman. conf. 497. Dubitatur. num. 6. Signorol. conf. 41. Omisita narratione, in princ.*

Sic etiam depositum nulliter factum in casu, quo sola verbalis oblatio sufficiebat, non vitiatur ex quo abundat, Cravet. *conf. 331. n. 15. Card. Tusch. d. conclus. 67. n. 21.*

Sic etiam citatio partis ubicunque non est necessaria, si fiat, & nulliter fiat, non propterea actus redditur nullus, Marfil. *in leg. de unoquoque. 47. n. 42. vers. istud, tamen. ff. de re judic. Roman. conf. 497. Diligenter. n. 5. & 6. vers. 3. Card. Tusch. de confus. 67. num. 22.*

Hinc etiam sententia non vitiatur, si causa vera iudicatur causa falsa abundans, Roman. *conf. 343. Ex proposito. n. 8. Card. Tusch. de conclus. 67. num. 32.*

Hinc etiam solennitas non necessaria, si minus solenniter fuerit adhibita, non vitiatur, Pute. *decis. 344. n. 4. in fin. alias 334. etiam n. 4. in fin. lib. 2. in correctis.*

Limita primò, si per abundantem cautelam deveniatur ad actum prohibitum, quia tunc abundans cautela nocet, ut per text. *in l. pediculis 32. §. Labco ff. de auro & arg. leg. & in l. 1. §. sed sciendum. 7. ff. de adilit. edict. res. solvunt Corn. conf. 276. n. 1. vol. 1. Paul. Fuscus ubi sup. vid. tamen. supr. axiom. 1. num. 2.*

Limita secundò, nisi id, quod abundat, per errorem loco necessari, & requisiti sit appositum, quia tunc vitiatur tota dispositio, Petr. de Anchar. *consil. 1. per totum Cardin. Tusch. d. conclus. 67. n. 36.*

Limita tertio, in contractibus suspectis, in quibus abundantes cautelae augent suspicionem, Anchar. *conf. 257. Ex ordine, in fine. Tiber. Decian. conf. 32. n. 65. lib. 3. Beroi. conf. 59. n. 14. lib. 1. Corn. conf. 217. in fin. lib. 3. Card. Tusch. d. conclus. 167. n. 43. Menoch. conf. 109. n. 35.*

Limita quartò, in dilatione, quae debet esse competens, etiam si assignetur in casu, in quo non debebat assignari, Calderinus *conf. 132. alias 2. de dilat.* Idem dicendum suspicione Judicis allegata, quia licet non debeat exprimi de necessitate, si tamen exprimitur, & in epte, vitiatur allegatio, Bald. *conf. 472. Statuto. n. 5 in fin. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 67. n. 40.*

## IV.

ABUNDARE in cautelis necesse est in casibus dubiis, veluti si dubitetur, an actus requirat certam sollemnitate, vel non, ex abundanti debet illa sollemnitas adhiberi ad tollendum dubium, Guid. Pap. *de vis. 149. Secunda conclusio, circa fin. Calderin. consil. 277. alias 1. de empt. & vendit. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 68.*

(Non enim omnia quae videntur abundare tuto aut utiliter omittuntur. *l. 15. §. 26. de injur.* maxime his exulceratis temporibus, ubi nulla ferè tautologia noxia ex Joban. Andr. Host. & aliis. Schneid. ad §. actionum tit. act. ex vind. *l. de act. n. 1.* adeoque si caute & declarationis oratio adhibeatur, pro abundanti habenda non est. Fichard. 2. *conf. 48. n. 3.*)

## CAP. VII.

## Abusus Verborum, rerum &amp; usus.

## Axioma I.

Abusive loqui solent & testatores & contrahentes & tabelliones Cujac. *Consult. 48. sub f.* Unde semper magis ad mentem loquentium & intellectum, quam ad sonum verborum est respiciendum. *l. 1. §. 1. C. Plus va- lere quod agitur, quam quod simulatè concipitur.* Ratio: quoniam mens voce est potentior. *l. 7. §. 1. de suppl. leg.* quod rectè ita in vocibus abusive sumptis procedit, secus si certum sit aliud denotare, nec id quod intenditur posse significare. *d. l. 7. §. 1.*

## II.

Interest Reipubl. ne res sua quis malè utatur. *§. ult. Inst. de his qui sui vel al. jur. sunt.* Hinc est quod in bene constitutis Rebusp. his qui furiosum exitum rerum suarum faciunt, soleat administratio adimi & Curator bonis dari. *l. 1. §. 1. de Cur. fur. & apprimè in Civitate Argentorat. In der Becker Junsts Buch, daß niemand das seine verschwenden soll. Add. Bef. in voce verschwenden.* Unde privilegium meretur amittere, qui concessa abuti

abuitur potestate. cap. si de terra. 6. ubi Dec. num. 21. de privileg. v. infra. libr. 14. cap. 83. §. 9.

Nec pugnat cum hac regula quod suæ quisque rei moderator sit & arbiter. l. 21. (Mand. imò quod nemo alteri legem dicere possit super rei suæ usu abusive l. 8. Pro Em. ubi Wesf. n. 6. text. eleg. in l. 2. Si quis à parmanum. Id enim tantum pertinet ad privatos, non ad Legem & Magistratus, qui liberam alienandi facultatem ob publicas utilitates (secus si privatim tantum interfit) redè restringunt. Horum enim est providere, ne quid resp. detrimenti accipiat. Plura exempla videre licet in C. I. A. de contrah. Empt. th. 32. & seq. add. infra 16. 40. u.

III.

In omnibus rebus, non ex earum natura, quibus utimur, sed ex causa utendi & modo seu temperamento, vel probandum vel improbandum quod facimus, August. in cap. quisquis. 1. dist. 41. Wesf. in Parat. de Acquir. rerum domin. num. 7. Peccata enim hominum non debent imputari rebus; inquit idem Augustinus. in can. quoniam. 12. dist. 88.

IV.

Abusus juris saepe delictorum est occasio: Sic ex abusu l. 2. C. ubi in rem agi oport. delicta nata videntur, de quibus sermo est in u. C. de his qui potent. nomine. C. I. A. de procurat. th. 20. & præterea elegans huius rei occurrit exemplum in l. 13. de injur. ubi in fin. leg. hæc notabilia sunt verba: Usurpatum tamen & hoc est tamen nullo jure, ut quis prohiberi possit ante ades meas vel pratorum meum piscari, quare si quis prohibeatur adhuc injuriarum agi potest. v. Novell. 52. & ibi M. Stephan. cap. Et si pignorationes. un. de injur. & damn. dat. in 6.

## CAP. VIII. De Accessorio & principali.

### Axioma I.

Multum interest an aliquid veniat per se vel tanquam accessorium. Fundamentum huius rei est. l. 1. C. de don. ante nupt. Multa enim accessorie fieri permittuntur, quæ directo & principaliter fieri prohibentur, l. 24. de contrah. empt. l. 1. in fin. de fund. dot. l. quedam. 62. de acquir. rer. domin. gloss. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 8. num. 18. & seqq. Harpr. ad §. 3. l. locati num. 145. In toto autem jure spectatur id quod principaliter fit, non quod fit per consequentias. Exemplum in jure passim extant leg. 1. de auct. tut. l. venia. 2. & ibi gl. C. de in jus voc. l. 12. §. ult. de inoff. testam. ubi vide C. A. th. 19. Vivianus in rationat. ad c. debitores. 6. extr. de jurejur. adde inf. tit. de causa proxima & remota.

II.

In accessione non debet esse plus quam in principali, arg. §. 1. de fidejuss. vid. de hac reg. latius actum in disp. de Altero tanto, art. 2. th. 14. & p. 2. art. 2. §. 14. veniunt autem nomine accessionum non tantum ea quæ pars rei sunt, sed etiam quæ alias rei necessario coherent. l. 3. §. 1. de rit. vin. gl.

III.

Accessorii quæ post litem contestatam accedunt, si non petantur ante sententiam tacite videtur renunciatum, arg. l. plane. 3. ff. de positi. Zaf. in l. 1. C. de jud. n. 19. vers. ceterum. vid. l. Ediles. 25. ff. de Edil. Ed. Sixtin. in cons. Marpurg. n. 47. vol. 2.

IV.

ACCESSORIUM sequitur naturam sui principalis, l. etiam si 8. Cod. de Jure dotium. c. accessorium 42. de Regulis juris. lib. 6. [l. 26. §. 2. de pact. dot. §. 27. 30. Inst. de Rev. div. Carpz. 2. 46. 32. n. 2.] exornant Socin. reg. 5. Pute. decis. 1. num. 2. libr. 1. in utraque edit. Menoch. cons. 58. num. 13. cum seqq. Surd. de aliment. tit. 9. q. 31. n. 8. cum seqq. & decis. 88. num. 10. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 76. Joanes Franc. Leo. in Thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 16. n. 70. Anton. Monach. Bononiens. decis. 27. n. 4. & decis. 28. n. 56. Pichard. ad §. si quis alium. n. 23. Instit. de inutilib. stipulationib. Mari. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 72. n. 6. Mastrill. Sicil. decis. 115. n. 4. Magdalen. de numero testium in testamento requisito, p. 2. c. 7. num. 33. Cassanate cons. 55. 39. Cancer. var. resolut. p. 13. n. 141. & p. 2. c. 5. n. 3. Narbona ad l. 20. gloss. 22. n. 38. tit. 1. lib. 4. novæ Recop. Reinos. observ. 61. n. 6. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 282. n. 3. & c. 423. n. 43. & c. 474. n. 33. & c. 498. num. 36. & c. 657. n. 21. & c. 715. n. 17. & c. 839. n. 24. & c. 937. n. 22. & c. 940. n. 28. Castill. controvers. lib. 5. p. 2. c. 168. n. 3.

Hinc primò colligitur, non valere guarentigiam habentem executionem paratam, si non valet principale instrumentum, Socinus in l. 1. n. 79. v. 4. limita. ff. soluto matrim. Roman. cons. 42. Visis. n. 3. v. 2. Alex. cons. 32. in princip. lib. 2. Card. Tusch. de lit. A. conclu. 77. n. 24. & n. 30. ex eo quia sublato contractu principali, cessat pactum accessorium in eodem contractu appositum, Anchar. cons. 394. num. 3. plenius n. 5. Nam quando unum trahit consequentiam ab alio, si non valet primum, neque valet reliquum, Signorol.